

FRANCISCI PHILELFI

Marcelle: atq; uersanda frequēt animo. **Q**uod si factū abs te fuerit: nō poteris nō miro perfundi gaudio cū intellexeris & tibi & filio cōsultum esse q̄ optime. **I**lli quidē quod post innocēter & bene actam sēculi uitā aternā adeptus beatitudinē iam nihil sibi sentiat formidandū: tibi uero qđ certo sperare liceat a **V**alerio tuo paratā in cālo sedem: ubi tu nō post diuturnū admodū tempus tranquil- lam atq; iucūdā uitā una cū illo p̄ sempiternā gloriā sis actur⁹. **I**nterea uero quod reliquū est: ad idem te adhortabor: ad quod **N**icodē regē **I**socrates: **Q**uoniā mortale tibi cōtigit corpus: animus aut̄ immortalis enitere: ut animi memoriā relinquas immortalē.

Ex **M**ediolano anno a natali christiano: **M**illesimo quadringentesi- mo sexagesimo primo: octauo **K**alendas **I**anuarias.

Francischi **P**hilelfi **E**pistola consolatoria ad **P**etrum Iustū- num **P**hilelfum nepotem suum de obitu **A**lphinae ma- tris dilectissimæ. IIII

Audio te angī animo ex obitu **A**lphinae matr̄ honestissimæ & probatissimæ foeminæ uāhementius q̄ par est. **A**misisti tu sane matrē: at ego filiā: cum em̄ nata esset ex **N**icolao fra- tre meo germano: habere q; **T**holētini primaria quādā mulier: eā certe diligebā ut filiā. **I**taq; nō minor mihi in ea iactura facta est q̄ tibi filio. **N**um fortassis ignoras ea nos lege natos omnis: ut tandē moriamur: **I**llorū dolenda mors est: qui nunq; meminere se mori- tuos. **A**t **A**lphina quid de hac mortali uita sentiret: liquido fecit exploratum oībus: cum foret usq; pietatis & christianæ religionis obseruatissima: misericordiæ operibus assidue dedita. **N**ullo in pro- ximos odio tenebat iniuriarū: nō minus oblita q̄ beneficētiæ me- mor. **I**ntelligebat in hoc sēculo nihil esse firmi: nihil stabile: nihil sūmopere appetendū. **S**ed uerā & optandā tranquillitatē ac beati- tudinē in cālo repositā: ad quā peruenire q̄ uellet: cū uacare oportere oīni sorde mundana: seruari ab angelis habitacula bonorū: in- fernalis poenas & intolerabilis cruciatus ihs apud inferos cōstitu- tos: qui sui deiq; obliti uitā uiuerent bālluag. **N**ihil neq; faciebat: neq; loquebatur: neq; cogitabat: cui⁹ nō redderet probatissimam rationē. **E**rat ab oīni muliebri uanitate atq; immūdicia abhorrēs. **C**ibo ac potu utebat̄ moderatissimo eoq; minime delicato. **N**orat em̄ oris incontīnētiā iter parare ad illecebras & obscenas corpo-

ris uoluptates: quibus & corpus uitaretur & anima. **E**t quia didicerat ei cum immortalis deo esse sermonem: qui diuinis orationibus studeret quicquid subripere poterat a domesticis negocijs illisq; necessarijs: id omne oratio usurpabat. **P**restabat formæ bonitate cunctas mulieres **T**holentinates: quā ipsa nulla fouebat arte: sed ea grauitate pudoreq; leniebat: ut uenerabilis omnibus redderetur. **F**amiliam suam bene moratā ut redderet: modestissimis suis moribus curabat esse exemplo. **C**elebrationi hostiæ christianæ ut q̄ deuotissime interesset: ne unum quidem diem prætermisit unq̄. **L**iberos suos castigatione magis q̄ uerberibus instituebat: castigationem inquit dicit humanitatis: uerbera iracundiæ: quæ a furore alio nihilo distare q̄ tempore iusticiam nō legibus sed bono & æquo metiebatur. **C**onstantiam in sexu muliebri apprimè laudabat. **L**euitatem non oderat modo sed etiam execrabatur. **F**ortitudinem probabat eam: cui nihil admixtum esset excandescentiæ. **E**t ut prudentiæ operibus gaudebat: ita ab omni mala malicia perinde quasi a teterrima quadam peste auertebatur. **S**omni erat paucissimi: cūq; uigilaret omnis eius cogitatio erat de animæ immortalitate ac futura uita. **P**ræterea per noctem cogitabat quid in die foret actura. **P**arsimoniam domesticis in rebus amplectebatur: **I**n diuinis uero liberalitatem ac munificentiam. **I**eunijs quibus supra naturam muliebrem utebatur: reddi se dicebat & ingenio perspicaciorē: & membris ualidiorem. **S**ed quid hæc tibi & alia plura cōmemorē: quorum non es ignarus? **N**empe ut memineris ex talibus uita institutis laudatissimisq; operibus nihil mali **A**lphinae matri euenire potuisse: sed iam ea contigisse bona: quæ maxime optabat cum esset in uita. **F**ruitur enim æterna beatitudine: breuiq; futurum sperat ut illud possideat habitaculum quod angelica custodia sibi seruatū nouit. **D**eum omnipotentem pro te orare non desinit: ut hanc uitæ peregrinationem ita trāsigas: ut secum una in cælesti patria sis futurus. **H**æc si tecum ipse cogitabis: iudicabis profecto non modo tibi non esse dolendum sed latandum potius: qđ ea sis matre natus: cuius sanctissimis meritis in cælestem sis gloriam peruerturus. **V**ale ex urbe: quindecimo **K**alendas **M**artias: **M**illesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Francisci **P**hilelfi **O**ratio funebris pro magnifico ducali senatore & clarissimo equite aurato **P**hilippo **B**orrbomæo comite **H**aronæ.